

- omnia prius experiri quam armis sapientem decet.  
 790 qui scis an quae iubeam sine vi faciat? *GN.* di vostram fidem, 20  
 quantist sapere! numquam accedo quin abs te abeam  
 doctior.
- THR.* Thaï', primum hoc mihi responde: quom tibi do  
 istam virginem,  
 dixtin hos dies mihi soli dare te? *TH.* quid tum postea?
- THR.* rogitas? quae mi ante oculos coram amatorem ad-  
 duxti tuom . .
- 795 *TH.* quid cum illoc agas? *THR.* et cūm eo clam te sub- 25  
 duxti mihi?
- TH.* lubuit. *THR.* Pamphilam ergo huc redde, nisi vi  
 mavis eripi.
- CH.* tibi illam reddat aut tu eām tangas, omnium . .? *GN.*  
 ah quid agis? tace.
- THR.* quid tu tibi vis? ego non tangam meām? *CH.* tuam  
 autem, furcifer?
- GN.* cavē sis: nescis quoi maledicas nunc viro. *CH.* non  
 tu hinc abis?
- 800 scin tu ut tibi res se habeat? si quicquam hodie hic turbae 30  
 cooperis,  
 faciam ut hui(u)s loci diēique meīque semper memineris.
- GN.* miseret tūi me qui hunc tantum hominem facias inimi-  
 cum tibi.
- CH.* diminuam ego caput tuum hodie, nisi abiſ. *GN.* aīn  
 vero, canis?